



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 57. Unionis edictum pro fundamentali Regni lege promulgatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

„unius Regis obedientiam coalescentes, Sæcul.XVI.  
 „ac si omnes unius instar viri essent, A.C.1588.  
 „cum nullam majorem ipsi in debellatis  
 „monstris victoram reportare possint,  
 „quam cum seipso vincant, & exuto omni  
 „privato affectu, ac simultate deposita  
 „a factionibus, quæ quietem scindunt,  
 „abstineant, atque communi bono con-  
 „sulant.„ Præterea Bituricensis Ar-  
 chipræful, pluresque alii suo quisque Or-  
 dine postea perorabant.

## §. LVII.

*Unionis edictum tanquam pro funda-  
mental Regni lege promulga-  
tum.*

Die decima octava Octobris altera ha- *Thu. Davit:*  
 bebatur Sessio, ubi Ordines Sacra- *& Mem. l.c.*  
 mento sese obstrinxerant, quod edictum  
 nuper die vigesima Julii editum, tan-  
 quam præcipuam Regni legem accepta-  
 re velint, in quam Rex omnes subditos  
 suos Catholicos rursus sibi uniens jura-  
 bat, quod in Catholica, Apostolica,  
 & Romana religione usque ad mortem  
 perseverare, illiusque conservationem,  
 atque augmentum promovere, omnes-  
 que vires suas ad extirpandam hæresin  
 impendere, ac nullum Principem hæ-  
 reticum, aut de fide suspectum unquam  
 tolerare, nec unquam, ut ad solium  
 evehatur, permettere, vel alios, quam

Qq 5                    con-

**Sæcul. XVI.** constanti religione Catholicæ fidei adictos ad officia , dignitatesque admittere velit : igitur primum hoc edictum Rex proprio chirographo muniebat, atque illud se integra fide servaturum spondebat, ceteris omnibus ejus exemplum sequentibus: demum una omnes ad sancti Salvatoris templum pereixerunt, ubi in gratiarum actionem Hymnus Ambrosianus solemni ritu decantabatur.

§. LVIII.  
*Protestantium Ecclesiarum Concilium Rupellis a Navarræ Regie habitum.*

*Thu. Davi-  
la & Mem.  
l. c.*

**S**ub idem tempus Navarræ Rex Rupel lis generalem omnium Protestantium Ecclesiarum conventum indicebat, eique die decima quarta Novembri initium fecerat. Ipsus huic conciliabulo intererat, ubi coram Henrico Turenæ Vicecomite, suo per Aquitaniam Vicario, Claudio Tremollio, aliisque proceribus , ac belli Ducibus , multa de calamitoso rerum statu præfatus ita prosequebatur: „quo pejore loco sint „res , eo maiores animos affero , & quod „semper antea feci , nunc vitam , san- „guinem pro religionis , regnique cau- „sa , quam perniciosi homines perditum „eunt